

A num vitæ ageret quintum & vigesimum, quinque annis minor Perseo. Nec multum inde temporis intercessit, quum Philippus rex animi ætitudine confectus, quod Demetrium filium falsis criminibus oppressum temerè necasset, cerne-  
retque Perseum sublato emulo contumaciorem in se factum, quippe qui non solum hæredem, sed regem jam appetere ageret, capitaleque patri moliretur insidias; jam superstitis quoque filii necem aliquantò iustius animo meditabatur, quum fatali est morte præventus. Satis constat, sub id tempus quo vita decessit, in animo habuisse, Perseo sublato, Antigonum successorem regni sibi substituere. Perseus qui bellum à Philippo patre magna ex parte comparatum acceperat, ut infesto erat animo in Romanos, jam inde ex quo regnare cepit, ad id exequendum totam mentem, & animum adiecit. Nec prius desistit, quam à L. Paulo Emilio captus, regnum & in carcere vitam amisit, dignas patri-  
cidio penas luens. *Sab. l. 8. Ann. 5. ex Plur. Emilio.*

Joannes, Cypri rex, Jacobum nothum imperandi cupidissimum, uxoris Helenæ ius suæ sacris iniitavit: ne Carloræ unice F. cui post mortem regnum legatum, & Ludovico Sabaudie Ducis filio conjugatæ, obesse posset. Post excessum parentum Ludovicus in regnum exiit. Jacobus cum delecta nobilitate manu ad Soldanum Alexandriam confugit. Acceptis Alexandriæ regis insignibus, cum instructa classe in Cyprum rediit: exactaque Carlotæ Ludovicoque, & recepta à Genuesibus Famagusta, pacato regno potitus est. Marci Cornarii filiam, multo post tempore, à Veneto Senatu adoptatam, uxorem duxit. Eam cum posthumo hæredem esse iussit, cum ventris prole vivo diem obiret: Ex testamento utrumque Senatui commendavit. Posthumo parvulo sublato, regnum hæreditario jure in Venetorum potestatem recidit. *Bonif. l. 8. Dec. 3.*

ROMANORUM REGUM.

Inter Romulum & Remum parum ab initio convenit, quo potissimum loco nova statuerentur mœnia. Præferbat Romulus Palatii sedem, ut amborum altitricem. Remus triginta procul inde stadia tumulum cepetat, Tyberi propinquum, mansitque ipsi loco ab re nomen, Remoriaque est dicta. Demùm eo est decusum, ut rem omnium materno avo Numitorio permitterent. Is, ut deos consulerent, auctor Cambobis fuit: irent, & uterque suo templo sedens, eodem tempore captarent auguria, atque utri meliores aves apparuissent, is caperet locum, nomenque urbi daret. Sacris igitur, ut ritè omnia fierent, perpetratis, Romulus palatium, Aventinum Remus occupavit. Sex continuè vultures præpeti volatu sese Remo offerunt, quibus lætus ille confestim Romulo jubet augurium nunciari, eumque ad se venire. Sed dum fortè res ad Romulum pertulit, ecce duodecim illi vultures occurrunt. Tum ortu inter duces contentione, quum hic avium numero, ille tempore regnum ad se traheret, nec ætas ullum faceret inter eos discrimen, ut hic pudore aut ille alteri cederet, utraque multitudo regem suum salutat duces. Oritur ex altercatione iurgium, ex iurgio certamen, animisque ita accensis, velut divitiæ inter se acies hostiliter configunt. Ibi Remus media turba temerè ictus concidit. Dionysius parum integra fide Romulum à principio egisse existimat, qui nullo adhuc capto augurio, regni cupidus miserit, qui fratrem ad se accerterent, velut continuè sibi aves augurium fecissent; quum interim Remus, quas ipse observasset, iis qui ad se missi fuerant, ostendisset aves. Sed quum in Palatium venisset, rogatus ab eo Romulus, Equod tam cirò augurium observasset? aliquantùm incertus ille, quid ad ea responderet, hæsitaverit, ac vix demùm duodecim ostendisse vultures, qui post Remi accessum templum fuerant ingressi, atque ex ea fraude aut contentione primò, inde prælium inter duces ortum, quo lætus Remus occubuerit. *Sab. l. 2. Ann. 2. Aliter Plur. Delecta,* inquit, fraude, Remus dolore motus, Romuli, cum fossam diceret, qua muro amplecti urbem statuerat, designationem partim ludibrio habuit, partim interpellavit. Postremò quum eam transiret, casum eo loco esse, auctores sunt quidam Romuli manu, alii Celesis, qui sodalis erat Romuli. Eo in certamine Faustulus quoque & Plautus Faustuli frater, quem socium in educando Romulo Faustulum habuisse scribant, cecidere. Celer in Hetruriam exulatum ivit. Ab eo veloces, vocant Romani Celeses. *Plur. in Romulo.*

Romulus T. Tatium, quem ex Sabinis reconciliatum, regni consortem acceperat, ut quidam volunt, interimi permittit. Etenim familiares quidam Tatii & propinqui,

anno ejus regni quinto, Laurentum legatos, in quos proficiscentes Romam, incidant in itinere, spoliate sunt atque, quos repugnantes & se defendentes obruncaverunt. Romulus facinorè perpetrato tam atroci, confestim supplicio afficiendos censebat auctores. Tatius rem reciebat, ac dissimulabat. Unde aperta est inter eos dissensio orta, cum alioqui summa moderatione & concordia regnum administrarent communiter. Cætorum necessarii, cum penas iurgium non consequerentur, Tatium sacrificantem cum Romulo Lavinii adorti interfecere: Romulum, ut virum iustum, honorificè sunt cum favore profecuti. Ille corpus Tatii magno honore Romam delatum, tumulavit in Aventino, eadem tamen planè neglexit persequi. Sunt qui scribant, metu percussos Laurentes, Tatii pe percussos dedisse, sed Romulum eadè pensatam eadè præfatam, eos nova soluisse. Que res suspicionem plerisque attulit, non viro Romulo patrum facinus esse, ut sublato regni socio ac particeps, retum summam ipse solus obtineret. *Plur. in Romulo.*

Locaverat L. & Arunti Tarquinius ab avo relicta duas Servius Tullus Rom. rex filias, ut juvenes dupli citi affinitate devinctos, minus in Rep. administranda haberet infestos. Connubia utriusque ætatis gradu comparata, ut major Tullia L. Tarquinio, qui major natu erat, nupserit, altera minor Arunti: forsque ita tulerat, ut in his, quos ætas consociasset, parum ingenia convenirent. Fertor major Tarquinius, miti ingenio conjugem fuerat sortitus. Contra Aruns probus ipse, improbam feminam & ad omne scelus præfertorem. Hujus naturam violentam, otioque inimicam, manufacto viri & obsequium in regem frangere: Lucius ne quid in senem moliretur, pietate conjugis teneri. Angi ob eam rem sebo Tullia, & quia in Arunte sollicitando nulum videbat filii locum relictum, tota in Tarquinium versa, cum verè dignum prædicatè, qui regia furte ortus crederetur, inveni nec fecidit in majorem Tulliam, quòd talem virum nata, in tanta occupandi regni occasione cessaret. At sine tragicum scelus fortuna Romanæ regis per hæc insinuat voluerit, sive, quod magis creditur, humana id fraude accidit, paucis diebus major Tullia & Aruns coniugis penè funeribus sublatis, sceleratis nuptiis domum vacuum fecere. Tum verò duo prava ingenia, magis non prohibente id connubium rege, quam probante, malis iniitiis, pejore eventu, matrimonio coivere. Nec mota deinceps longa fuit, Tullia virum stimulantè, atque identidem querente, non desuisse sibi, cui nupta diceretur, nec cum quocumque serviret: illud se ab initio suspicasse, non desuisse, ut cum quandoque virum sortita esset, qui regno se dignum arbitrareretur. Nactus deinceps Tarquinius occasionem, postquam exhaustam populo civitatem vidit (passim enim in agris tum fructus colligebantur) cum licitoribus regalique habitu repente in forum processit: inde curiam ingressus, per præconem jubet partes ad se vocari. Invidiosæ orationi supervenit Tullus, trepidè domo excitus, Tarquiniumque regia sella sedentem intuitus, impetu in eum ferret. Quem Tarquinius intrepidè exceptum, non solum repulit, sed medium etiam complexum sublatumque in curia in inferioribus partes per gradus dejecit. Dionysius per crepidines, que in concionarium ferebant, præcipitatum prodidit. Ægrè rex ac propè exanguis sublatus inde, quum regio comitatu domum reduceretur, ab iis qui à Tarquinio post illum immisi sunt, in summa Cyprii vici parte est occisus, Livius & alii, Tulliz admonita id factum arbitrantur. Carpeno in forum delata, prima virum è curia accessum regem salutavit, illaque è publico ob tumulum, qui ortus erat, facessere, cum in Exquiliis abiret; ibi enim erat regia, in summo Cyprio vico, ubi Dianium postea fuit: dextera curram flectere volenti pavidus auriga inhibuit habenas, erat namque arctior vicus, ut nisi per stratum Servil corpus evadere non posset. Querenti Tulliz, quid in mora esset, casum patris cadaver ostendit. Tum illa arreptum, quod ad pedes habuit, scabellum in aurigam violenter intorsit, alta voce increpans: Quid non ultra tenderet? Ad quam vocem non minus ille, quam ad plagam contreritus, per jacens stragem mulas & carpentum egit. Mansit inde tanti sceleris monumentum, ut vicus, unde illa paternæ cædis vestigia domum retulit, Sceleris, sive Impii sit dictus. *Sab. l. 5. Ann. 2.*

IMPERATORUM ROMANORUM.  
C. J. Cæsar. Dictator, post bella civilia secum ipse certans, parabat & instituebat Partos bello petere. His subjugatis per Hyrcaniam secundum mare Caspium & Caucasum ambire, Pontum,

A Pontum, atque ita Scythiam invadere: incurfatisque, que Germaniæ circumjeda sunt, ac Germania ipsa, per Galliam regredi in Italian, atque hunc committere Imperii Romani Oceano undique circumscripti orbem. Interè dum expeditio ea paratur, Isthmum Corinthium perferre molitus est. Hinc Anienem in animo habebat Tiberimque statim ab urbe alta exceptos fossa, atque ad Circejum deflexos in mare ad Tarracinam deducere: quò securum & pronum mercatoribus cursum pararet ad urbem. Ad hæc paludes in Nomentanis & Setinis derivare, atque efficere campum, qui multa millia posset capere agricolarum. Proxi-  
mo urbi mari claustra aggeribus imponere, cæcumque & importuosum Ostiæ litus repurgate, ac portus ibi moliri, stationisque tanta sufficientes navigationi. *Plur. in Cæsare.*

Romam ingressus Galba, classarios milites Neronis tumulantes occidit, & donativo milites frustratus, legiones Germanicæ primùm à se alienavit. Meruens ergo, ne non fessæ ætatis suæ tantum gratia, verùm etiam propter orbitatem despiceretur, deliberavit aliquem ex juventute clarum adoptare, & imperiū declarate successorem. Erat M. Orbennatilis non obcurus, sed luxu & deliciis mox à prima ætate inter paucos Romanorum profligatus, & deficientem à Nerone Galba primus sese conjunxerat, & affabilitate simul & benignitate animos militum sibi conciliare studebat, multoque provexit ad præfecturas, hinc petens ab Imperatore, hinc T. Junium & libertos principis Siculum & Asiaticum rogas. Nam auctoritas horum erat in aula summa. Quoties Galbam invitaret, semper cohortem excubantem nundinabat largitionibus, aureos in singulos dividens: ac qua re honorare illum videbatur, ea evehebat eum, & alliciebat milites. Igitur consensente de successore Galba, Othonem nominavit Junius, neque id gratis, sed filia suæ nuptias pactus: ut adoptatus Galba Ocho, & successor designatus imperii, eam matrimonio sibi adjungeret. Cæterum Galba silenti & leniter audito Junio judicium suum suspendit. Cum autem seipsum consulem allecto collega T. Junio declarasset, habebatur principio anni successorem nominaturus: miles verò Othonem optabat præ cæteris omnibus renunciari. Cunctantem adhuc & consultantem se-  
ditio Germanica occupat. Milites Galbam oderant, quòd non repræsentasset ipsis donativum. Ergo milites Germanici Vitellium Imperatorem salutarunt. Hac perla defectio-  
nem, non ultra produxit Galba adoptionem: sed quòd amicos seiret partim Dolabellæ, plerique verò Othoni pronos, quorum ipse necerit, ex Crallo & Pisonem, quos interfecerat Nero, ortum juvenem, in cuius ad omnem virtutem indole, modestia & severitas clarissimè lucebant. Hunc cum in castra produxisset, & adoptasset, Otho conspiratione facta prætorianorum Imperator salutatus est. Galba ad tumulum sedandum in lectica delato, inensu occurrere milites. Nemo de iis objecit unum virum, quem sol in tot millibus aplicit unum Romano imperio dignum, Sempronium Densum centurionem, qui nullo ille quidem privatum beneficio Galba obstrictus, sed sacramento & fide impulsus, insititit protegere lecticam, vitamque primò, qua in fontes animadvertunt centuriones, fustollens, invenchibus ininitabundus in clamavit, succitit Imperatori. In-  
de cum invaderent ipsum, eucto gladio duo pugnavit: quoad in poplitibus ictus occubuit. Galba eversa lectica ad lacum Curtium provoluto, & in lorica jacenti, accurrentes ingesserunt vulnera. Ille jugulum offerens: Agite dum, inquit, si hoc ex Republ. est. Cura & brachia ejus fræde lanierent. Jugulum hausit, ut crebrior fama est, Camurius xv. legionis miles. Nonnulli Terentium, Arcadium alii produnt: sunt qui Fabium Fabulum, quem ardent caput Galba occullasset & portasse in fune tunice suæ, quòd præ calvitie apprehendere id non posset: mox focis ejus tegere non permittentibus, sed urgentibus, ut omnibus ostenderet strenuitatem suam, in lanceam sublatu & suffixo lenis capite, Imperatorisq; moderati, & pontificis maximi & consulis, curatissime Baccharum more læpè convertemet se, & vibrantem cruore stillantem hastam. Capite allato vociferasse ferunt Othonem: Hoc nihil est, commilitones. Pisonis mihi caput ostendite. Brevi id allatum est. Saucius enim fugam ceperat juvenis, quem consecutus Marcus quidam, pro eade Vestè trucidavit. Necatus est & Titus Junius, concilium de conjurationis in Galbam factus. Clamavit enim præter Othonis sententiam interficere. Sed enim hujus quo-

que præcæsum caput, Laconisque, Othoni obtulerunt, ac E præmia postularere. Mox senatus coactus est: & quasi alii forent, aut alios haberent deos, ubi convenere, sacramentum Othoni, quo altitatus Galba ipse non servaverat, dixere, Cæsaremque & Augustum appellaverere, cum trunca cadavera adhuc in consularibus vestibus essent in foro abjecta. Capita, cum nullus jam eorum foret usus, Junii filii ejus decem milibus nummum venderunt: Pisonis accepit uxor precibus à Veranio: Galba, Patrobi & Vitellii servis donaverere. Id illi ubi acceperunt, omni contumeliarum & ludibriorum genere affectum projecerunt, quo loco trucidantur, in quos Cæsares animadvertunt. Locus Sesterterius dicitur. Corpus Galba Priscus Helvidius Othonis permiffu sustulit. Humavit id nocte Argius libertus illius. *Plur. in Galba.*

Otho in imperio confirmatus, prætorianis viritum quina milia numum largitus est. Interea Vitellius cum suis legionibus in Italian venit. Ad Bebricum oppidum Cremonæ vicinum castra castris opposuere. Pugna commissa, victi sunt Othoniani, quorum duces ad Vitellium transiere. Milites verò summa fide erga Othonem perstitere, ita ut ne mortui quidem eos desiderium reliquerit, quando Braxilli (quod opidum est ad Padum) seipsum pugione interemit, xxxvii. ætatis anno, cum menses tres impetasset. *Plur. archus in Otho.*

Pertinax Romanorum Imperator cum jam à seditiosis militibus esset interfectus, & de alio Imperatore eligendo fieret disceptatiores urbi turpissima atque indignissima populo Romano accidit. Roma enim unà cum imperio, quasi in foro & mercatu venalis proposita erat, eamque vendebant ii qui Imperatorem suum occiderant. Emebat autem Sulpitrianus & Julianus, factis contra se mutuis licitationibus: Atque auctione palam ab iis facta, eò ventum est, ut singulis militibus ducentos aureos daturos se promitterent. Nam milites utrinque separatim renunciabant, quantum alter eorum daret, dicebantque Juliano, & Sulpitiano nobis hanc summam dat, quid tu adjicis? Itemque Sulpitiano, Julianus nobis tantundem promittit, quid tu præterea polliceris? In qua emptione potior fuisset Sulpitianus (qui intra castra, & præfectus urbis erat, priorque ducentos aureos promiserat) nisi Julianus non sensim amplius, sed simulad superiores ducentos aureos, alteros quinquaginta adjecisset, eamque summam magno edito clamore in manibus ostendisset. Qua occasione permitti milites, Juliano imperium venderunt. *Dian. Xiphilinus, & Herod.*

Didimus Julianus, interfecto Pertinace à Prætorianis, primus fuit, qui Rom. Imperium ausus est licitari, ac tum demùm disciplina militaris per luxum & licentiam penitus soluta est. *Sab. lib. 5. Ann. 7.*

Tacito Imperatore tumulato militari sexto mense Imperii oppresso, Marcus Annius Florianus, Taciti frater germanus, sine Senatus auctoritate, quasi hæreditarium arripuit imperium: licet fratrem in Senatu adjuratum seiret, optimum aliquem sibi principem, nullum hæredem succedere debere. Cum itaque suo judicio imperium invasisset, duobus vix mensibus in eo lætatus, Tharsi à militibus est occisus: qui Probum audierant imperare, quem omnis exercitus legerat, virum rei militaris peritissimum. Licet Sextus Aurelius tradat, ipsum sibi venas secuisse. *Cæp.*

Probi anno quarto, Saturninus magister exercitus novam Antiochiæ civitatem condere orsus, & imperium in Oriente invadere molitus, Apameæ à Probo superatus, occisus est. Post quem sublatum, cum Proculus & Bonifus apud Agrippinam in Gallia imperium arripuerunt, omnesque sibi Britannias, Hispanias, & Braccate Galliz provincias vindicarent, eos Barbaris se juvantibus vicit.

TRIGINTA tyrannos, qui tempore Galieni Imperatoris surrexerunt, Pollio persequitur: divina faciem providentia, ut sub ignavo principe Romano non defuerint, qui Romanum tuerentur imperium. Sunt autem ii, Cyriades, Posthumius, Posthumius junior, Lollianus, Victorinus, Victorinus junior, Marius, Ingenuus, Regilianus, Aurelius, Marcianus, Marcianus junior, Quietus, Odenatus, Herodes, Mæronius, Ballista, Valens, Pilo Prægi, Emilianus, Saturninus, Tetricus, Tetricus junior, Trebellianus, Herennianus, Timolaus, Cellus, Zonobia, Victoria, Titus Censorinus. *Pollio apud Volater. lib. 17. Urb. com.*

**A** CARINUS Cæsar; quem Carus Augustus pater in Persas proficiscens Illyrico, Italiae, Galliaque praefecerat, ubi patrem fratremque Numerianum extinctos, Diocletianum verò Augustum appellatum, in Dalmatia comperit, in ipsi Pannonia & Mœsiae finibus ei occurrit. Ibi Diocletianum primum vario eventu praeliis cum aliquot fatigavit, ad extremum collatis ad Murgum signis inter Vimmacium & Aureum montem in Mœsia superavit, ipso non solum ab exercitu suo deserto, sed etiam à tribuno, cuius uxori stuprum intulerat, interempto. *Sign. l. 1. Imp. Occid.*

Numerianus Cæsar, Caro Augusto patre in Perside prope Tigrim amisso, Persico omisso in praesens bello, Antiochiam sese ad consilia capienda recipiebat. Cum autem ex nimio fetu gravem oculorum aegritudinem contraxisset, ac propterea lectica inclusus incederet, occasionem Apro forero suo nefarii sceleris perpetrandi aperuit. Nam ille praefectura Praetorii non contentus, cum ad Imperii fastigium aspiraret, postquam pervenit in Syriam, ipsum occultè in itinere interemit, militibusque Imperatorem videre possentibus respondere pro concione non dubitavit. Non esse, cur de aspiciendo Principe laborarent: nam se illum praesentia committere propter invaletudinem oculorum non posse. Neque enim mortem Imperatoris enuntiari volebat, antequam parata omnia ad Imperium invadendum haberet. Post aliquot inde dies milites, qui Numerianum proximè sequebantur, suborti odoris fœditate percussis, ad lecticam accesserunt, eaque aperta, & cadavere Imperatoris invento, rem univèrsò exercitui prodiderunt, atque indignitate rei commoti, statim Aprum, tanquam ejus necis auctorem, ante signa & principia protulerunt. Tum verò xi. Calend. Maji, qui dies erat Romae natalis, concione exercitus advocata, ac tribunali repente constructo, de imperatore in locum Numeriani sublegendo, ac nec illius vindicanda relatum est. Qua re audita, continuo omnes Dioclem, qui erat domesticorum comes, illo honore dignissimum acclamant, eumque tribunum ascendere iussim, magna animorum consensione Augustum appellaverunt. Ille verò, ubi solennia in tanto honore accipiendo peregit: Quoniam jubetis, inquit, ut de Numeriani interfessore quaeratur, obsequar voluntati vestrae, & parebo conscientiae meae, atque educito gladio Aprum ipsum praesentem confodit, inquit: Hic est auctor necis Numeriani, gloriare Aper, magni Aeneae dextera cadis. Inde conversus ad milites subjicit: Tandem aprum fatalem occidi. Cujus vocis hæc ratio fuit: acceperat adolescens à Drnyde in Gallia, se tum demum Imperio potiturum, cum aprum occidisset. Itaque fide vaticinio habita, in venerationibus semper, ubi data facultas fuerat, aprus invadebat. *Signon. libro primo Imperii occidentalis, ex Poggio.*

**B** Cum in Africa Gordianus senior ac junior infidiis Capelliani mortem obissent, trepidus Senatus ob Maximini crudelitatem, viginti viros ad Rempubl. tutandam delegit. E quibus & consules duos, Maximum Papienum & Decium Balbinum, Augustos appellavit. Quorum ille obsecutus natalibus, sed gravitate & virtute maximus: hic nobilissimus & humanissimus fuit. Hi Cæsaris & Catonis moribus comparati, receptis Imperatoris honoribus, tribunitia potestate, jure proconsulari, pontificatu maximo, & Patris patriæ nomine: exhibitis quoque populo ludis scenicis ac Circensibus, gladiatorio etiam munere: Maximus contra Maximinum cum exercitu profectus est, praetorianis Romae cum Balbino ad urbis custodiam relicti. Cæso interim à militibus Maximino ad Aquilejam, hecatomben Balbinus Romae fecit. Dehinc Maximus cum omni exercitu ad urbem appropinquavit, cui plurimi sunt honores decreti. Quod sanè Balbinus a grè tulit, paulatimque discordia inter eos nata sunt tacita, quae vix intelligebantur. Nam Balbinus Maximum quasi ignobilem, is illum rursus quasi debilem contempserit. Sed Maximini exercitus utinque odio habuerat, quod quem ipsi Imperatorem fecerant, occidisset: illi autem eisa Senaru dati essent, qui utrem & populum regerent, leges optimas conderent, res bellicas pulcherrimè disponerent. Quocirca dolebant milites, tantam esse auctoritatem apud Senatam. Querebant igitur occasionem, ut ambos occiderent: quæ tum demum inventa est, cum ipsorum intelligerent inter fœdiciordiam. Cum itaque contra Parthos Maximus, contra Germanos Balbinus essent profecturi, ludis quibusdam scenicis milites tu-

multum excitantur in Palatio contra Maximinum. Qui cum E à Balbino praesidium Germanorum peteret, suspicatus illum monarchiam affectare, primum frustratus est. Sed cum gli-sceret fœditio militum, ambo sunt nudati vestitu regali, & de palatio decubati, ac per mediam civitatem ad castra praetoria Germanis autem occurrentibus in itinere, Imp. suos defensus, à praetorianis discerpi sunt, cum annum unum imperasset. Itaque nec illi fœveritas, neque huic clementia profuerunt, cum ambo occiderentur. Gordianus iterum à militibus sublatus, Imperator & Augustus est dictus. *Cusp.*

Diocletianus Maximianum imperii socium sibi adlegarat. Deposito uterque Imperio, ille quidem Galerium Maximinum, hic, Maxentio F. ob aetatem & mores praetorio, Constantium Chlorum successorem constituerat. Constantius mortens Constantinum F. Imperii haereditem reliquit. Galerius Severum filium socium Imperii fecit. Maxentius Maximiani filius, in Cæsare cooptando patre praerituro, in villa publica sexto ab Urbe lapide privato itinere Laviano degebat. Hic ira incensus, quod Constantinus aut injusto, aut certe humili matrimonio natus, ad Imperium evasisset, ipse verò summi Imperatoris filius unâ cum illo privatus in otio consenseret: militum praetorianorum, in quorum potestate jam inde ab Augusto imperante urbs fuerat, auxilio urbem ingressus, Augustus appellatus, anno Salutis humanae cœci. Imperium arripuit. Severum cum exercitu adventantem praelio victum Ravennam compulit. Interim Maximianum Maxenti patris his auditis, ex Lucania privatus occurrit, ut hostumulus componeret. Quem ubi Romani viderunt, Augustum quondam in eam majestatem venerati, summis precibus, ut Imperium resumeret, ac publica auctoritate laborantibus Romae Italiaeque rebus consulere, obsecravit; eique, quos conscriptos habebant, milites tribuerunt. Quorum ille voluntati libens paruit, atque Augustalia ornamenta, ut inivitis dimiserat, sic studiose restitit: Ravennam obsedit, Severo, ut Romam sacramento incoluntis accepto repeteret, persuasit. At Maximianus non solum promissa non praestitit, sed etiam exercitum ejus sollicitatum ad se convertit, ipsumque infidiis circumventum, mediis in castris extinxit. Inde ad Maxentium filium evertendum se convertit: ac G

filio cum familiaribus suis composito, exercitum advocato in tribunal ascendit, atque Maxentium tantis gerendis rebus imparem, & patrum aequum esse, docere cepit. Quam vocem cum milites iniquis auribus excepissent, longius progredi oratione conantem inhibuerunt, ac probra in eum tanquam Imperium sibi improbè vindicantem iniecerunt: ac durius etiam consultos, si pergeret, ostenderunt. Quo ille periculo exanimatus, confestim ex humeris purpuram detraxit, negans se id, quod ipsi suscipiebantur, in animo habuisse; sed militum animos, quemadmodum affecti erant Maxentium essent, periclitari voluisse. Privatus inde ad Diocletianum se contulit, qui forte, ut inquit Zosimus, erat Carnuti Pannoniae, atque ei, ut secum Imperium resumeret, pro re magna suaderet instituit. Quod Diocletianus se facturum cum magna moderati animi laude abnuvit, atque ita adiecit: Si tibi videre liceret olera mea manu Salona instituta, nunquam, ut hoc à me postulare, in animum induxisset. Hæc spe depulsus, inde ex Illyrico perrexit in Galliam. Eum Constantinus ad se venientem tanto honore, atque adeo magnifico provincialium omnium occurrit exceptit, ut si H

Imperator fuisset, majore excolere non potuerit: mox tam liberaliter in suo Palatio Trevis habuit, ut penes se habitum, penes illum sui Imperii residere voluerit. Maximianus Faustam filiam in matrimonio Constantino nuptis compulavit, & Constantino ipsi nomen Imperatoris ab eo usque ad eam diem repudiatum invenit. Interè dum Germania edomanda Constantinus incumbit, Maximianus eadem, qua antè, dominam dilibidine stimularis, Trevis consilia clande sine de Imperio ipsi pariter adinvento inivit, ac milites ejus aliquot premiis ad se perducere occultè contendit. Quam rem cum forte Faustam sila comperisset, ad virum Constantinum continuo detulit, eumque ad vindicandam injuriam, & dignitatem suam tuendam incitavit non dubitavit. Maximianus autem profectus in Narbonensem provinciam, specie, ut Massiliæ in Italiam navigaturus confunderet, cum in itinere omnes mansionum copias assumpserit, ne quis se consequi exercitus posset, repente Arelate intra parietes jam tertium purpuratus emerit, ac literis ad sollicitandos exercitus milites, fidem militum

**A** tum ingentium praemiorum ostentatione tentavit. Constantium ducto properè exercitu Massiliæ obsessum cepit, caput strangulavit. Cadaver ejus Mediolani sepultum. *Sign. lib. 2. Imp. occid.*

MAGNENTIUS tyrannus, cæso Constante Imper. antequam ejus mors enunciarer, nomine Constantis, eorum, qui magistratum gererant, praestantissimum quemque accipit, eoque in itinere per dispositos ficiarios interficij iussit; in quo ne conjuratis quidem suis peperit: ac mox Decentium, ac Desiderium fratres suos Cæsares declaravit, eosque ad Galliam & Hispaniam, alioque ad Italiam occupandam dimisit. Interim Nepotianus, qui erat Eutropia fore re Constantini Maximi natus, subito purpuram induit, atque Augustus à gladiatoribus aliique perditis hominibus appellatus, eorum auxilio Romam accessit, & cum urbem à ducibus quos Magnentius ad Italiam occupandam praemiserat, populo ab lenatore Heraclida prodito, jam teneti invenisset, exercitum eò admovit. Ceterum à Marcellino magistro officiorum victus & secuti percussus est. Interim Vetrannio officium militum in Pannonia, homo jam ætate

**B** maturus, veritus, ne Magnentius, occupata Italia, irruptionem in Pannoniam faceret, Sirmii insignia Augustalia sumpsit. Imperator à suis legionibus salutaris, ac provincia ad jus suum adducta, totam rem ad Constantium detulit, eique ad Magnentium tollendum auxilio se futurum spondidit, atque ad Muriam oppidum subsistit. Constantius inde Constantinopoli cum exercitu egressus, Heraclæe legatos Magnentii habuit obvios, per quos petebat, ut sibi Imperio, positis armis, ut liceret, ita ut ille principem locum teneret: proxima verò nocte patrem sibi in somnis videre visus est. Constantium filium manu tenentem, atque ita dicentem: En fratrem tuum Constantium multis regibus oriturum, qui à tyranno peremptus est, ejus necem te ulcisci oportet, neque pati, ut Imperium laceretur, nec reipubl. deleatur: quare ad evertendum tyrannidem exortatus, neque inultum fratrem permitte. Itaque somno excitatus, statim legatos in custodiam dedit: ac repente, castris motis, Iardicam in Daciam improvvisus accessit. Quare Vetrannio exanimatus, inducias ab illo petivit, atque adventanti obviam honoris causa processit. Quem ut Constantius vidit, hominem complexus, patrem appellavit: & Sirmium progressus, mensæ adhibuit, & consilia cum illo de Magnentio tollendo communicavit: Inde, cum res convenisset, uterque in tribunal, ut milites alloquerentur, ascendit. Constantius verò ob generis dignitatem priorem dicendi locum adeptus, milites ad patrem spem liberalitatis accendit: eosque, ne patenter Magnentium impudè evadere, qui Constantini filium occidisset, oravit. Hæc ille dixit, milites, quorum plerique corrupti muneribus de industria fuerant, adulterium Imperatoris exigendos esse clamant, ac simul detraçtum tribunali Vetrannionem purpura exuerunt. Quare ille percussus, continuo supplex se ad Constantii pedes abiecit. Constantius autem hominis jam ætate provecti misericordia tactus, haud agrè veniam dedit: atque, ut reliquum vice privato in otio degere vellet, admonuit, Prusademque Bithyniæ missum, sumptu ad victum necessario pro dignitate instruxit. Athanasius Constantium interemit Vetrannionem scribit, Meritòque, dixisse: cui enim à morte fratrum paterna obvenire bona oportet? Constantius, contra hæc demum suis & Vetrannionis in unum copias, Sirmio Muriam processit, atque ibi adventu Magnentii in se audito, confedit. Ille verò ex Italia Pannoniam versus egressus, nuncios ad Constantium misit, se in campis, qui ad oppidum Scisciam sunt, sui copiam esse facturum. Quo nuncio cretus Constantius, exercitum eò ducere instituit, ut in patente planitie atque equitatu maxime apta hostem offenderet. Magno praelio victor, victum in Galliam usque persequens, Ludgum tandem manus sibi ipsi inferre coegit. *Sign. lib. 5. Imp. occid.*

CONSTANTINUS II. Magni F. qui facta cum fratribus divisione Gallias adeptus erat, hæc orbis divisione non contentus, ob Italiam Aticeque suis dissentire cum Constante cepit: legatosque ad fratres misit, ut nova fieret divisio. Cum autem minime proficeret longis querimoniis, tandem rem armis exequi statuit, si filius opibus Gallicanis, & equitibus Hispanis, Albinoque pedaturo. Aberat tunc Constantius in Dacia, gerens bellum contra Getas & Sarmatas. Constantinus jam ad Aquilejam pervenerat, ubi missos à fratre milites obvios habuit, paucitatemque alpernatus, re-

lens in infidiis præcipitatus, à militibus circumventus, in medio cæditur: equus Principis ictus vulnerè, fessorem Constantinum dejecit. Cum jaceret humi sine purpura incognitus, multis ictibus confossus est, obtruncatusque: ac projectus in fluvium, cui nomen Alia est, haud longè ab Aquileja. Sic Constantinus perit, cum in Gallia & toto Occidente, nondum triennio finito, imperasset, anno atatis xxv. Dominici cccxliii. *Hieron. in Chron. Socrates lib. 2. cap. 5. Paul. Diac. lib. 11. Idem Ablabium Ægyptium, quem patens illi imperii rectorem adjunxerat, ut solus imperaret, interfecit. Eunapius in vita Ædesii.*

Clemens MAXIMUS, domo Hispanus, Theodosii Magni commilito olim in Britannia, exercitui in eadem provincia præerat. Cum autem milites in Britannia tumultum concivissent, metu Gratiani, Maximum, quem fortissimum esse sciebant, Imperatorem acclamaverunt. Ille primò Imperium renuit, facti iniquitatem averfatus: deinde, ubi periculum sibi à militibus imminere, si eorum voluntati resistisset, animadvertit, in illorum potestate se futurum essendit, atque insignia, quæ offerrebat, accepit: ac mox cum exercitu navibus ad ostia Rheni accessit, ubi ab iis, qui in eis stationibus versabantur, militibus est acceptus. Quare audita, Gratianus, homine, ut modicarum virtutum ad lædendum, neglecto, militibus ei tantum Alanos, quos mercede conductos habebat, opposuit. Hoc verò Romani veterani animo iniquo tulerunt, insignem sibi injuriam factam interpretantes, quod barbaros aut virtute, aut fide potiores existimasset, atque iracundia incensi, ad Maximum, summa omnia pollicentem, plerique se contulerunt. Quo facto Gratianus exterius, Trevis reliquit, & sese Parisios retulit. Quod ubi Maximus comperit, repulsis Alanis, & ipse eodem citato agmine maturavit. Ibi per quinque dies collatis castris, levis aliquot praeliis variè est certatum. Quibus transactis, Gratianum Mauri primum, deinde reliqui sensim deseruerunt. Quod ut ille vidit, trepidus, trecentis equitibus sumpris, fugam cepisset: atque ab obvii civitatibus omnibus exclusus, Ludgum pervenit. Castris ad urbem positus, non ita multò post Maximum cum omnibus copiis insequutus occurrit. Ceterum primum aperta vi hominem delere consilium fuit: ubi non successit conatus, ad dolum se contulit, quo se facile credulum adolescentem irretiturum putavit. Quippè Gratiani sponfam adventare, ut ipsi flumen trajicienti occurreret, sermone detulit. Quod Gratianus, amore percitus, facillè adductus est ad credendum. Vehementer autem occultè in rheda, in qua sponsa esse simulabatur, Andragathius quidam homo magni roboris, atque audacie singularis. Ille verò, ut in propinquo esse cum paucis Gratianum alacrem vidit, confestim cum suis à rheda profiliuit, atque incautum juvenem comprehendit, & gladio trajectum vita exiit, annos xxiv. natum, virtute ac pietate, si diu vita supeditasset, optimum quemque Imperatorem adæquatorem. Maximus Victorem filium puerum sibi Cæsarem cooptravit, ac Galliam ditioni suæ adjunxit, Ballione & Merobaldo, qui duces Gratiani fuerant, necatis. Valentinianus ab eo pacem per Ambrosium Mediolanensem Episcopum impetravit. A Theodosio Imperatore Orientis Augustus & collega dictus est, quintem Cynegio praetorii præfecto in Ægyptum eunti mandatum, ut Alexandriae imaginem Maximi, tanquam consortis Imperii, poneret. Ipse sedem Imperii Trevis posuit, atque exercitum ad occupandam Hispaniam missis, levi eam negotio Imperio suo adjecit. Animum demum in Italiam invadendam apulit: atque ut causam belli speciosam haberet, literas ad Valentinianum II. misit, præcipiens, ut Catholicorum vexatione destitiret, quos pater ejus eximio studio coluisset: sin minus, bello se cum persequitur, sciret: jam cum Aquileja esset, nullo negotio positus, confestim tota Italia, ac subinde Africa in fidem ejus, potestatemque se tradidit. Valentinianus Aquileja Theffalonicam coniugit, & Theodosii Magni auxilium implorat. Maximus à Theodosio ad Scisciam & Patovionem victus, tandem Aquilejae obsessus, & à militibus deditus, capite multatus est. *Signon. lib. 9. Imp. occid.*

ATTALUS à Romanis, ab Alarico Gotho coactis, ex præfecto urbis Augustus creatus, & senatum ingressus, orationem habuit imprimis arrogantiæ plenam, qua se Romanis universum terrarum orbem acquiriturum, atque alia specie magnificentiora jactavit. Quibus de rebus Romani inani

gaudio

R 2 gaudio

A gaudio exultare cœperunt, quod bello gravissimo liberati, & magistratus rei gerendæ gnaros nacti essent. Urbe egressus, unâ cum Alarico Ravennam ad expugnandum Honorium prodit. Honorius legatos ei misit obviam, per quos, si insanires desineret, promisit, se illum in societatem Imperii accepturum. Quibus respondit Attalus, socium se Imperii neminem velle: ipsi, ut in insulam, aut aliò quò velit, privatus secedat, permittere. Cæterum cum soliditate ejus Alaricus cognovisset, in Honorii gratiam Attalum angustialibus insignibus spoliavit, eaque ad Honorium misit. Roma inde capta, Attalum primo die tamquam Imperatore angustialibus decoratum incedere jussit: altero verò privatum populo contumeliæ causa offendit. Eum Attalus, qui Alarico successerat, secum in Galliam Narbonensem perducum, dum nova discordiæ semina cum Honorio Imperatore quarit, ad resumenda angustialia insignia incitavit. Quare ille pro insita ingenii levitate perfectâ, haud contemnendam hominum manum rebus novis studentem comparavit, atque adversus Honorium se de integro Imperatore inferre non dubitavit. Honorius Attalum idem sœdus violasse interpretatus, bello persequendum, ut hostium suorum fautores, decrevit. Attalus de Constantio Honorii duce pressus, in citeriore Hispaniam, quæ ab Honorio tenebatur, invasit, atque Attalo secum incoluitatis causa deducto, in Tarracoenis Barcinonis oppidum occupavit. Ibi Attalus neglectus à Gothis, demum per dolum captus est à quibusdam, & ad Constantinum ductus. Quem ille ad Honorium destinavit: à quo deinde in vincula traditus, ad triumphum post consecutum bellum Gothicum reservatus est. *Sig. lib. 11. Imper. Occid.*

Re<sup>x</sup> Æthiopia Christianorum, quem Presbyterum Joannem vulgò dicunt, olim se tanquam numen cœlestis coli faciebat: vultum ne principibus quidem apertum nisi stans diebus ostendebat. Illis qui eum convenire vellent, aliquando pedem tantum, aliquando verò manum demonstrabat: reliquam speciem regis intueri, nefas existimabatur. Cum verò respondere vellet, internunciis utebatur, & cœ cortinis, quasi ex auditu oraculum cederet, responsa per interpretes edebat. Sed hæc ineptissima divinitatis cemenitæ fabula, postquam Lusitanis gentibus illis in ultimam discrimen adductis opem attulere, & morem Christianorum regum exposuere, derisa fuit, ita ut nunc reges intueri, jam illos alloqui, jam audire liceat. *Orosius lib. 9. rerum Æthi.*

Ravennam postquam Honorium vita excessisse perlatum est, Joannes quidam, qui commentarios Honorii scripturæ, consilium invadendi per occasionem Imperii cepit: reque cum Castino & Etio duobus summe solertiæ magnæque virtutis viris communicata, illis adjuvantibus angustialia insignia sumpsit: statim five ad referendam, five ad promerendam gratiam alteri magisterium militum, alteri curam Palatii tribuit. Cæterum Ravennæ à suis proditus, ac comprehensus ab Aspate Theodosii Imp. duce, ad Placidiam & Valentinianum Aquilejam missus, manu dextera multatus, atque in circum devehctus, ibi asino insidens cum omni contumelia circumductus, ac denique obruncatus est, postquam per menses octodecim Imperium obtinuerat. Fuit autem vir hoc exitu indignissimus: siquidem, Procopio teste, ingenio miti, ac virtute singulari fuit; neque enim aut delatoribus aures adhibuit, aut cadem ullam injustam fecit, aut denique pecuniæ causa quidquam patravit. *Sigon. lib. 11. Imper. Occid.*

Arca<sup>dus</sup> Imper. moriens, Theodosio filio propè infanti relicto Idigerdem Perfarum regem, olim hostem, testamento tutorem dederat, hostium fide potius, quam suorum aut voluntate aut opibus fretus. Hoc nuncio accepto, Honorius Imper. ejus fratrem Stilichonem socerum ad se vocavit, ac de rebus Orientis agitare ingressus, se cupere Constantinopolim ire dixit, ad res ejus Imperii & Theodosii pupilli perspicandas, atque ad rempublicam, si opus esset, constituendam. Quod consilium Stilico etiam reprehendit, dicens, interesse reipubl. ipsum in Italia manere, ne Constantinum tyrannum, qui jam totam Galliam percurrisset, atque Arelate regnaret, aut Alaricus Gothus, qui in Norico infirma pace, ac lubrica fide sederet, ubi Italiam armis destitutam, & Imperatore vacuam reperissent, impetu repente invaderent; præstare autem, ut Alaricus in Constantinum cum barbarorum parte contenderet, ipse ve-

rò cum Romanis legionibus, ac literis principis Constantinopolim pergeret, ibique, quæ egeret correctione viderentur, emendaret: vero consilio occultato, quo se, perempto Theodosio, Orientale imperium Eucherio filio conciliatum putabat. Quæ cum Honorio ut prudenter & cum fide dicta probasset, datus ad Theodosium & Alaricum literis, Ticinum discessit. In itinere autem Olympius, vir splendida in prætorio militia præditus, cum vacuus principis aures esset adeptus, Honorio persuasit, Stilichonem nulla alia de causa iter in Orientem optare, quam ut, Theodosio sublato, Imperium Eucherio filio suo tribueret: ac Ticinum progressus, ad seditionem milites incitavit. Itaque cum Honorio post diem quartum, quàm Ticinum inerat, in conspectum exercitus se dedisset, eumque hortati ad bellum adversus tyrannum Constantinum instituisser, milites, signo ab Olympio accepto, tumultuarily cœperunt, ac magistratus omnes aggressi, eadem ingentem fecerunt: atque Honorio sese metu in prætorium referente, urbs ipsa sædè direpta est: neque is tumultus antè comprimi potuit, quàm Honorius in publicum sese sine diademate reddidit. Cum hoc Stilicho Bonariæ cognovisset, Ticinum adire ad puniendos pro auctoritate milites, quod à multis suadebatur, abnuvit, quod & eos timeret, neque constantem Honorii erga se animum cereretur; sed Ravennam sibi redeundum putavit. Eò ubi adit, literæ subito Honorii ab Olympio ad Ravennatem exercitum missæ venerunt, ut Stilichonem comprehenderent, atque in custodia darent. Stilicho per noctem in templum salutis causa confugit: ubi verò illuxit, milites ædem ingressi, cum jurejurando presente Episcopo affirmarent, sibi non esse à principe imperatum, ut eum perirent, sed tantum ut custodirent, ipsum hac fide egressum sub custodia habuerunt. Tum verò altera literæ ab eo, qui priores attulerat, reddidit, quibus precipiebatur, ut Stilichoni propter delicta adversus remp. vita eriperetur. Ita Eucherio filio fugam arripiente, Stilicho ad capitale supplicium est abstractus. Qui cum servis & familiaribus eum eximere cupientibus tegeretur, eos ab ejusmodi proposito avocavit, & semet ultro occidendum exhibuit Calend. Septemb. anno cœcivii. Inde quæstiones de familiaribus Stilichonis severissimas habuit, ut de se ac de Stilichone aliquid proderent. Qui cum nihil enunciaissent, quædam fustibus casti sunt, quousque spiritum ediderunt: ac reliquum anni in prociendibus & persequendis his, qui Stilichoni Eucherioque adhaerent, posuit. Milites, qui per oppida distributi erant, Stilichonis morte comperta, barbarorum uxores ac liberos in singulis civitatibus invaserunt, & bona eorum diripiunt. Quam rem occisorum propinquum iniquo ad eò tulere animo, ut Romanis relictis ad Alaricum Gothum se receperint, eumque ad bellum Romanis faciendum hortati sint: fueruntque ea ad hominum xxx. amplius millia. Eucherius cum Romæ ad templum confugisset, in Picenum relegatus: at postquam Alaricus Gothus in Italiam venit, Romam abductus, ac justu Honorii jugulatus est. Senatus unâ cum Placidia Honorii sorore, cum Serenam suspectam haberet, ut quæ Gothos ad urbem accivisset, eam necare constituit: haud dubia spe ductus, fore, ut Alaricus ab urbe, illius morte comperta, recederet, ut qui ab illa urbe sibi proditum iri speraret. Itaque Serenæ correptæ laqueo fauces elisse. *Sigonius lib. 10. Imper. Occid.*

Arbogastus post occisum Valentinianum Imper. occul-tata juvenis morte, EUGENIUM Imper. cum exercitu fecit: qui olim grammaticus & litterarum Latinarum præceptor, relicti scholis, in palatio Imperatoris militabat autographus, ob eloquentiam honoratus. Erat autem Arbogastus genere Gothus, Gallici exercitus præfectus, consilio manique promptus, qui titulo Eugenii, quem Imperatorem ipse nominaverat, Occidentis regnum invadere studebat. Hic multis millibus ex Romanorum præfidiis & Barbarorum auxiliis contra Theodosium de summa rerum dimicavit in mediis Alpibus. Cæterum victus à Theodosio Eugeni- & captus, dum ante pedes Imperatoris prostratus veniam petit, à militibus altantibus capite truncatur. Alii tradunt, sese præ timore, cum illi injectus esset terror, strangulasse. Arbogastus, ut cruciatus se eximeret, sua manu seipsum jugulavit ense, qui paulo antè decem milia Gothorum à Theodosio missorum prostraverat. Omnia eleganter Claudiano misit in quarto Honorii consulari. *Cuspin.*

Valentiniano III. Imper. perempto, Maximus senator, cujus

A cujus uxorem attentaverat, non solum dolori suo de injuria ulciscenda fatiscisse, sed etiam occasione ad Imperium occupandum sibi aperuisse putavit: neque enim Valentiniani proles virilis ulla exibat, cui jure hereditario id fastidium deberetur, & ipse satis se paratum non solum ad invadendum, sed etiam ad mendum tantum dominatum arbitratum. Itaque eademtem hora, qua Valentinianus occisus est, ex campo digressus, furore ac sceleris ardens, cum magna amatorum satellitum manu in Palatium inivit, atque Eudodiam Augustam adeptus per vim, uxore paulò antè amissa, sibi matrimonio sociavit. Quo factò, parati ad id, promissis muneribus, milites ipsum Imperatorem acclamantes levatum. Tertio tyrannidis mense à militibus Genferici Vandalorum regis, quem Eudoxia, in ultionem mariti Valentiniani III. Imp. ab Maximo occisi, accesserant, interemptus, & à populo membratim disceptus, in Tiberim abjectus est. *Aventinus libro secundo Annal. Bojorum, & Sigon. libro decimo quarto, Imp. Occid.*

CONSTANTINOPOLITANORUM IMP.

Post mortem Constantini Magni, Anniballiani fratris Constantini F. Dalmatius in Oriente imperavit, in omni actione patrum quàm patri similior, unde & virtus illi obfuit. Nam vix tertium imperii adimplevit annum, cum factone Constantii patris est interfectus seditione militari, Constantio diffimulante: & ita ad tres fratres, Constantium, Constantium & Constantem, orbis Romani dominatio redacta est. *Cuspin.*

Dum Valens Imp. orthodoxos impugnat, Procopius quidam & Ciliacia, qui Julianum Augustum propinqua cognatione attingebat, magnas copias brevi temporis spatio comparavit, atque imperator Constantinopolim magno favore populi salutatus, usque eò processit audacis, ut arma adversus ipsum ceperit, Gothis adjuvantibus. Ei Valens ex Antiochia in Phrygiam obvius venit, commissoque prælio, victus abscessit: non multò post Procopius ab exercitu suo desertus, cum de salute propria laboraret, in memora montesque recessit: ibi à ducibus suis captus, ad Valentem reductus, ac statim justu ejus per summum cruciatum occisus est. Valens Procopii caput ad Valentinianum fratrem misit. *Sigonius lib. 7. Imp. occid.*

Leo Augustus, ann. 474. moriens, genero suo Zenone prætorio, nepotem suum Leonem puerum, à se paulò ante Cæsarem constitutum, testamento Imperatorem reliquit: qui mox matrem Zenonem sibi consortem assumpsit, & cum eo imperavit. Interea Basiliscus, mortuo Leone puero Augustus, Zenonem despiciens, collecta valida satellitum manu, seditionem adversus eum in urbe Constantinopolim concitavit: cujus rei subita formidine Zeno percussus, ad Ilauros se contulit, atque ibi artem tuendæ salutis gratia occupavit. Basiliscus autem urbe potius, cum se Augustum declarandum curasset, Marcum filium Cæsarem appellavit. Anno post, incendio in urbe coorto, quo major ipsius pars deflagravit, senatus, invidia ejus in Basiliscum conjecta, occultis nunciis Zenonem ex Ilauria revocavit: qui prope rem cum validissimo exercitu reversus, atque urbem ingressus, Basiliscum, qui in Ecclesiâ salutis causa confugerat, intercepte: atque Imperii insignibus detractis, in Cappadociam relegavit, atque ibi trucidandum curavit. *Sigon. lib. 14. Imp. occid.*

CONSTANTINUS V. Pogonatus, Constantis filius, cum videret fratres duos, Tiberium & Heraclium, æquali secum in honore esse, ad eò ut populus trinos Imperatores in Trinitatis honorem coleret: natus utrumque truncavit, & solus imperavit per 17. annos. *Paulus Diacon. lib. 19. rerum Rom. & Sigebertus anno 671.*

MICHAEL Curopalates, defuncto Michaelæ Paphlagonæ Imperatore, hac conditione successit, ut Zoem (quæ hæres Imperatoris remanserat) veluti matrem coleret, pariterque dominaretur. At is non multò post, ut solus imperaret, eam ejecit. *Volat. lib. 23. Anthrop.*

CONSTANTINUS VI. cum matre Irene peregrè profectus, nuncio accepto, natum sibi filium, matre relicta, festinavit Constantinopolim. Mater filium in conomachum exola, simul domandi libidine mota, duces donis ac promissionibus onerat, ut sibi jugulent. Assenserunt omnes, detestati regis crudelitatem: quaerentes occasionem, ne conjuratio, quæ matri & illis malè cœsura esset, detegeretur. *L. B. Theat. vita Human. Tom. 1.*

Dum filium nuper natum, cui Leonis indiderat nomen, E pater infelix lugeret: festinantes in regiam, solum capiunt, & oculos effodiunt, eodem die quo ante annos quinque Nicephorum patrum ob affectatum imperium ipse excæcaverat, alioque lingua truncaverat, decem & septem tum diebus sole obcurius (fortè ob scelus hoc infandum) illucescente. Quod facinus præcesserat paulò antè ingens incendium, quo multi libri D. Joann. Chylosotomi absumpti sunt. Sidus Martis hoc toto anno in cœlo non esse conspexit miraculose loco, *Regino l. 2. & Adon. at. are 6.* annotat. Constantinus matrem contumeliæ impatiens, nullo majore cruciatu affectus, præ luctu & merore expiravit. Irene facta certior de Carolo Magno, salutato Cæsare, ad eum misit, qui illius amicitiam & sœdus peteret, Leonem Spatharium, de finibusque imperii cum eo ageret, ac deserret illi suum connubium. Aliud à Carolo petatum maluit, qui putabat is nuptiis posse imperium uniri, ac in pristinum statum restitui. Quæ res Nicephoro Patricio materiam præbuit criminandæ Irenes, quasi per eas nuptias Imperium externis proderetur. Itaque militum & populi favore fretus, eam sine ullo majore motu in ordinem redactam, in Lesbum relegavit, quarto post filii mortem anno. *Paul. Diaconus, Sigebertus, & Zonaras.*

Stauracius, Nicephori Imp. F. cum patri in regno succederet, ab fororio suo Michaelæ Curopalate, mense tertio dejectus est. *Volat. l. 23. Anthrop.*

MICHAEL Paphlagon Romanum Argyropolim interfecit, ac Zoem ejus conjugem in matrimonium accepit. Etenim cum Argyropolus ex hydrope convalesceret, natatorum ingressus, ut corpus lavaret, Zoem uxoris, & Michaelis Paphlagonis adulteri dolo à quibusdam capite sub aqua merio oppressus, ac penè suffocatus, in stratum reclinatus est. Inde per os subnigra evomens, sine ulla mortis suspitione, tandem nemine opem ferente animam egit, cum annos imperasset quinque & menses senos. *Ex Zonara Cuspin.*

Miris fortunæ fluctibus Justinianus II. agitur est. Ob tyrannidem à Leontio, qui post biennalem carcerem libertati restitutus erat, imperio dejectus: & amputatis naribus, ne unquam ad imperium aspiraret, Cherisonam relegatus est. Hunc Tiberius Abdimarus, ab Africano exercitus Imp. dictus, Constantinopoli captum, naribusque truncatum, in vincula conjecit. Post ubi Justinianus Trebellii Bulgarorum regis ope imperium recepit, Tiberium cepit, & Leontio conjugans, equis raptos interfecit justit. Cum contra Cherisonenses parat expeditionem, illi Paphlagonicum Bardanium, quem Tiberius imperii causa relegat, Imp. creant, qui Justinianum interfecit cum filio; nec multò post ab ARTHEMIO, quoniam statuum cultum abolere vellet, excæcatus est. *Cuspinianus.*

MICHAEL Traulus, Leonem Armeniacum Imp. per conjurationem interfecit. *Volat. l. 23. Anthrop.*

Andronici Palæologi Imp. filio Michaelæ mortuo, Andronicus nepos avum, cujus monita ferre non poterat, imperio & vita exuere conatus est: & accessit Tryballis, Græcorumque optimates sibi concilians, effecit, ut nemo amplius Græcorum Europæ accessu Turcos prohiberet. *Chalcocondylas lib. 1.*

Ilaicius Anglus Imp. Græcorum, cum è plurimis audiret, fratrem Alexium suæ vitæ & imperio insidiari, illis tamen fidem non habebat. Quodam die venatum iturus, fratrem Alexium, ut secum exiret, accessit justit. Is ægritudine & veng seditione simulata reculavit. Conjurati inter cæ Alexium Imperatorem salutatum. Imperator fugiens Statira pervenit: ubi à Pantægono quodam comprehensus, & persequutoribus proditus, ad Peræ monasterium, ab Imperatoris Andronici Comneni (quem is imperio dejecterat) patre Ilaici conditum, excæcatus est, & carceri reteritimo inclusus. *Nicetas libro 3.*

ROMANUS Imperatoris Constantini F. patrem veneno tollere statuit, conscia etiam uxore sua cauponis filia. Medicamento venenum miscens, persuadentque Nicetæ mense ad ministro, ut id infundat. Imperator id haustus, fortuito lapsus, poculi majorem partem effudit. Reliquum epotum ob paucitatem visum est carere efficacitate, & nihilominus tamen Constantinus gravi morbo lateribus tentatis à veneno, ægrè evasit. *Cædren.*

Alexio Comneno Imp. jam animam agente, Calojoannes F. frustra renitente Irene matre regnandi cupida, imperium



A propè attonitus: Videat Deus, inquit, quàm iniquè adven- tis me agatis. Ego quidem luo peccata adolescentiæ meæ, nemp̃ ignominiam patiens nulli antè regum illatam: neque vos tamen noxæ expertes estis, qui contra Regem vestrum infuræxistis, & sacramentum fecistis, quod semel injuratus. Uliciteatur vos Deus, quemadmodum ultus est eum, qui prodidit Christum dominum suum. Illi verò his pretis ad filium cum insignibus perrexerunt, eumque condecorarunt. Ita Henricus ab universis principibus Rex iterum declaratus, atque ab apostolicis legatis confirmatus, solemnità in principibus & episcopis sacramenta recepit, ac regnum ingenti cum omnium gratulatione inivit. Sigonius lib. 9. reg. Italici.

Henrico V. sine virili stirpe absumpto, Imperium in gente Gibellinorum defecit, quorum continuatus in Conrado & tribus Henricis diu fuerat in Germanis principatus. Regem autem petere professi sunt summi ipsius Germaniæ proceres, Fredericus Dux Sueviæ, Conrado fratre adjuvante, Lotharius Dux Saxoniz, Leopoldus Marchio Orientalis, & Carolus Comes Flandriæ. Verum postremorum Henricorum odio, qui bellum Ecclesiæ facientes, perniciosum in republicam seditionum exemplum intulerant, plebique Principum animos in Lotharium, principem eximia non virtute solum, sed etiam religione præstantem, verterunt: & comitis Moguntiz habitis, ipsam Regem magna animorum consensione declaraverunt, atque Aquis Idibus Septembris per Fridericum Coloniensem Archiepiscopum inunxerunt. Quod factum cum cæteri competitoris agrè tulere, tum maxime Fridericus & Conradus frater, regnum ad se hereditario propè iure trahentes, & quia ex Henrico forent nati erant, & quia insignia Imperatoria apud se obtinebant. Lotharius autem Ecclesiæ ac Pontifici deditus, exemplum Pontificem, ut utrumque sacra defensione percuteret, incitavit. Conradus inde, cedente Friderico fratre, & principibus aliquot suffragantibus, contra Lotharium fere regem asserens in Italiam cum exercitu maturavit, atque Anselmum Archiepiscopum & populum Mediolanensem amicos nactus, Modociæ Italici regni coronam accepit: atque inde perulstrata Lombardia, civitates ad se peratque omnes traduxit. Ea de causa Archiepiscopi Moguntinus, Magdeburgensis & Treverensis, iussu Lotharii, ipsam communionem piorum exterminarunt. Honorius autem non eum solum, sed etiam Anselmum, qui coronam impolaret, & populum qui receperat, perculit. Lotharius verò Spiram, quæ illius præsidio tenebatur, obsidione circumdedit, atque ad dandos fidei obsides oppugnando adegit. Denique ab Innocentio II. quem repulso Anacleto II. Romanus reduxerat, imperatorio diademate insignitus est. Conradus Bernardi Claravallensis auctoritate & intercessionem titulo regio abdicato, à Lothario in gratiam receptus est. Sig. lib. 11. regni Ital.

Mortuo Henrico VI. Imp. Otho IV. Henrici Leonis Saxoniz & Bavariz ducis filius, annitente Adolpho Colonienfi Archiepiscopo, & fratre Othonis Henrico comite Rheni Palatino, Rex Romanorum creatur, adversus Philippum Henrici VI. fratrem, Friderici I. Imperatoris filium, quem Papa non amabat. Aquigrantum, impensis in cives octoginta millibus, obtinuit, ibique per Adolphum Coloniensem Archiepiscopum est consecratus, & à Pontifice confirmatus. D Philippus tamen à majore principum numero furrogatus est Henrico fratri, patrique Friderico: cum & Imperialia insignia in manu ejus essent, teneretque robur Imperii maximum per Saxoniam, Sueviam, Bavariam, Othoni soli Colonia cum quadam Vvephalitz & Saxoniz parte pareret. Philippus congregato magno principum & pontificum cætu, Moguntiz consecratus est per Tarentinum, adveniente capitulo majoris Ecclesiæ, eidemque juncta regina, Imperatoris Constantinopolitani filia, pridem Tancredi Siculi filio deponata. Varia fortuna utriusque partis miserè conflictata est Germania, Innocentio frigidam Othoni subinde affundente. Tandem Thelmi Juliacensis Comitis opera Adolphus Colonienfis Archiepiscopus, deserto Othone, Philippum Aquigrantum coronavit. Anathematis proinde vinculo à Pontifice constructus, sedeque sua dejectus est. Tandem caelo Philippo ex insidiis, Otho filiam Philippi duxit. Crant. l. 7. Saxon.

Ludovicus, cognomine Bavarus, quod ex Bavariz ducibus esset, & Fridericus Austria dux, per dissidium & discordiam principum Imperatores creati, ambo octo annis in-

ter se armis certaverunt. Omnium acerrima pugna ad Eslingam anno 1316. in Suevia ad flumen Neccarum est commissa, in qua duodecim nobilitate insignes Comites, & centum ac quadraginta equestri ordinis milites sunt capti: interfecti autem equi mille & quingenti, victoria ad Ludovicum inclinata. Anno septimo post die Michaelis inter Mildorff & Otingem, à meridie usque ad vesperum incerto Marte pugnant, sursum deorsumque iactati, donec Fridericum Ludovicus occidit. Eodem prælio Joannes Bohemorum Rex, Friderici fratrem germanum Henricum cepit, secumque in Bohemiam abduxit: sed postea deprecatore Carolo Rege Hungarorum, estimatum triginta millibus aureum, ac Znoy-ma sibi reddita, quam dotis pignore principes Austriæ possidebant, incolumem remisit. Dubravinus lib. 20.

CAROLUS IV. filius Joannis regis Bohemiz, nepos Henrici Imperatoris VII. electus est rex Romanorum paulo ante mortem Ludovici Bavariz, annitente Joanne ejus patre, & Balduino, magno ejus patruo, Archiepiscopo Treverensi, qui frater erat Henrici Imperatoris. Quom in eam rem Gerlacus Moguntinus, & Henricus Colonienfis Archiepiscopus, & Rodolphus dux Saxoniz anniterentur: Papa hanc electionem non cunctanter approbavit, quod adyerlarer Ludovicus. Rodolphus Saxoniz dux, ob suffragium suum duo millia marcarum argenti puri fertur accepit muneris, Colonienfis octo millia. Moguntinum obtinuit Gerlacus à Pontifice Episcopatum, Henrico de Vimberg ejectione, quod Ludovicus adhareret. Cyprianus. Sed comes Palatinus Rheni, vocatis ad electionem novam cunctis electoribus, & nullo Archiepiscoporum comparente, cum eis Bohemiz rex, nec dux Saxoniz Rodolphus adesse curarent; evocato Ludovico marchione Brandenburghensi, Ludovici Imp. defuncti F. & Erico duce inferioris Saxoniz, elegerunt hi tres Gunterum comitem de Swartzenborg. Gunterus quanta maxima potuit manu militari contra hæ Francfordiam peti: sed urbe excluditur, quod dicerent cives, ante hominum memoriam hoc se privilegio munitos, regem discordia electum, qui competitorum patiat, non ante admittere in urbem, quam novem septimanis obsidione urget: ut per hoc tempus digladiantur inter se reges, & superior vel jure vel gladio factus, in urbem suscipiatur. Tentare multum concordiam, & rem totius controversiæ tractatus in G. terepere: sed Gunterus non fuit, jure & gladio se sperans profecturum: nec tamen Carolus in eum duxit. Alio autem telo quum se petum sensisset (toxicum videlicet accepisset) admisit qui de pace agerent. Pactus multam à Carolo pecuniam, sibi aut hereditibus vendendam, à jure suo reslitit, & in Carolum transiit, ipsumque regem confortavit, nec diu post vivendi finem fecit. Crantz. lib. 9. Saxoniz, cap. 16.

De CAROLI Burgundiz Ducis ingenio tale fertur iudicium Philippus Cominens: Molebatur res ingentes, ac tales omnino, quibus persciendis humana vita non sufficit. Vix enim dimidia pars Europe mentem illius potuisset explere. Animo quidem erat invictò, & ad omnia lubeunda parato, & ea corpore firmitate, ut quemvis laborem sustineret; deinde iis facultatibus & potentia, ut præ cæteris aliqui magni posset: verum nec ingenii vim satis magnam, neque malitiz fatis habebat ad perficiendas res tam arduas, lib. 4. commentarior.

ITALORUM QUORUMVIS. H

Ex Aenæ posteris, qui Albæ regnarunt, ad duos fratres regnum devenit, Numitorum & Amulium, Præce filios, Universio patrimonio in fortes diviso duas, regnoque cum pecunia & advecto Troja Thefauro comparato, sumpsit regnum Numitor. Amulii cum essent ex argento quam Numitoris ampliores opes, facillè cum regno exiit, & ut ipem quoque illius in posterum recuperandi adimeret, Egessam filium (sunt qui Laulum vocent) tem primùm pubescentem, in seculo periculosisus salu, quo adolescens venabatur, insidius exceptum obruncat: cædeque ad tempus dissimulata, subornat, qui dicerent, adolescens in latrones incidisse. & ab iis interceptum se opinari. Mox Rheam sylviam, & ipsam Numitoris gemitâ, ne matrimonio loco domestium ultorem aliquando sibi pararet, Vestalem virginem capit. Quarto deinceps anno subventi Sylvie Maris lucum, visillata est. Perfulsum quidam habere, & procorum uno fuisse eâ compressam, qui illius nondum initiatæ amore capus, quum ultra diuturnum affectum ferre non posset, incauta sit insidiarius. Alii in Amulium

Amulium id crimen conferunt, ut non tam puella forma motus, quam ut in aperum vite discrimen vitiatam adduceret, armatum sese illi obtulerit, incertum, ut culpa auctor lateret, an ut horridior occurrent, ob metum injuriz magis obnoxiam haberet. Sed multò plures comprefu Martis gravidam factam prodidit, ut hoc mendacio Romanis populi originem augustiorum faceret. Peperit illa gemellos Romulum & Remum, qui avo illatas injurias ultis, Amulium interfecere, & Romanam urbem condidere. Sabellius lib. 2. En. 2. ex Livio, & Strabolo lib. 5.

Eleutherius Exarchus, sub Heraclio, animo ad occupandum per occasionem Italiae dominatum converso, integrum exercitum stipendium mira benignitate persolvit, & ingentium spe præmiorum corruptis, titulum Regis assumptis, & protinus Romam ducere, quasi ad insignia accipienda, contendit. Cæterum, cum Luceolos pervenisset, milites concepti flagitii turpitudinem averfari, defectionem fecerunt, ac tumultu concitato ipsam, tanquam majestatis contemptum, manifestumque tyrannum, occiderunt: Ravennamque reversi, caput ejus ad Imperatorem, crimine palam facto, miserunt. Sigon. lib. 2. regni Ital.

Aistulfo mortuo, cum nemo omnium esset, ad quem regnum Longobardorum jure hereditario pertineret: Desiderius qui comes stabuli Aistulfo fuerat, tumque Ducatum Tusciz ejusdem beneficio administrabat, ipsum sibi Longobardis Tusciz suffragantibus vindicavit. Quod ubi Rachis, qui Aistulfo fratri regno relicto Cassinense cænobium intraverat, audivit, usque adeò indignatione exarsit, ut monachum exuere, ac regnum iterum inire voluerit. Neque verò aut ejus consilii auctores, aut ad rem gerendam deerant adjutores, plerique ad eum ex Liguria, Emilia, & Venetia, Longobardis seditionis gratia confluentibus. Tandem tamen cedente Rachiso, Longobardi tertium Desiderio confirmarunt. Sig. lib. 3. regni Ital.

Berengarius Fortojulienfis & Veronensis, Vido Spoletanus ducis, decreto Hadriani III. Pap. audit, ut morientis sine liberis Carolo Crasso Imp. qui militarem operam ambo narrant, regnum Italici principibus cum titulo imperii tribueretur: tacito inter se fœdere pepigerant, Vido Francie, Berengarius Italiae regnum invaderet. Mortuo Cinde in eunte anno 888. nulla relicta stirpe Crasso, Berengarius extemplo studius suorum suffulsi, sine certamine regnum Italia occupavit. Papie regni sedem fixit. Vido Stephano hortante, atque annitente Pontifice, ad regnum Francie capessendum profectus, nihil profecit. Nam cum Franci Eudonem Comitem Parisiensem, Caroli Simplicis, qui postea rex fuit, tutorem substituisent, regno excludis, inanis in Italiam se recepit. Spoletem reversus, de regno Italiae usurpando consilium habuit, atque ita, Pontifice Romanisq; enixè faventibus, rex adversus Berengarium à suis est salutat. Regia dignitas pessimo in postremo exemplo divisa, subito Italiam in duas contrarias factiones distinxit, usque adeò ut nemo reperiretur, qui cum alterum regem vigere vellet, alteri non omne ultro, si posset, exitium compararet. Sed major pars, licet Berengarii causa justior esset, Pontificis, credo, auctoritate impulsâ, ad Vidonem se contulit. Is prælio gemino victor, Papia recepta, anno 890. Lombardiam nullo ferme negotio in potestatem redegit: demum universa hortante Italia, novo procedente anno, Roman à Stephano Pontifice acceptus, quod consequebatur, Imperator ab eo consecratus est: atque ita antiquum Italiae Imperium Italici post tam multas, ac tam diras gentium exterarum impressiones recuperavit. Berengarius exul Arnulfus Germanorum regis opem imploravit, & ab eo tandem reductus est. Vido vomitu sanguinis perit. Italici interim principes, Lambertum Vidonis F. fecuti, Berengarium Papia eiecerunt. Arnulfus rursus in Italiam descendens, Lambertum pellit, imperii titulum Romæ sumit, Berengarii excedens consilium capit. Berengarius insidiis fugiens, Veronam rediit. Lambertus discedente Arnulfo, à Pp. imperii nomen suscipit. Lambertus indè in formis cæso, Papiam Berengarius recipit. Qui Lambertum faverat, Ludovicum Bolonis F. Ludovici II. Imp. nepotem evocant. Is verò à Berengario victus, sacramento interposito nunquam repetende Italiae dimissus est. Non multò post defectione Italicoorum denud evocatus Ludovicus, Berengarium in Bajoriam fugere compulit. Cæterum cum ab eo Adelbertus Tusciz marchio defecisset, Berengarius noctu Veronæ ex improbitate captum luminibus orbavit, regnoque iterum potius, illud pacatè per xxii

annos administravit, à Joanne X. Pap. Imperatoris titulo exornatus: tandem à Rodolpho Burgundorum rege, Adelberti Episcopiz marchionis perfidia, Papia exutus, Veronæ à Plamberto quodam, cuius filium è sacro fonte susceperat, in templo caesus est, xxxvi. sui regni anno, justitiz, clementiz & pietatis laudibus insignis: odio tamen populorum ac perfidia fatigatus, ut ipse nunquam quievit, sic aliis quotidianam movendarum seditionum materiam præbuit: variis rerum secundarum advesarumque invicem succedentium casibus raturam inter mortales insulstantis fortunæ ludibrium. Sigon. lib. 6. regni Italici.

Ildobaldo Gothorum in Italia rege caeso, Rugi, qui & ipsi cum Gothis erant, reliquis invitit Gothis, Araricum rege extulerunt. Batullus autem, cognomento Tatilas, Ildobaldi nepos, misit Ravennam ad Constantianum ducem Justiniani, traditurum se Tarvisium pollicens, si sibi & comitibus suis salus præberetur, defectionem jurjurando se fidem præstiturum respondit. Re composita, dies indicata est, qua milites Constantiani Tarvisium reciperent. Gothi Ararici Imperium iniquo animo ferentes, ad Torilam Tarvisium nituntur, eum ad regnum suscipiendum accedendum. Quibus Torilas respondit, si Araricum in tempore sustulissent, illorum voluntatem non neglecturum esse. Quibus rebus auditis, Gothi Ararico per dolum extincto, regnum ad Torilam detulerunt. Sig. lib. 18. Imp. occid.

Jacobus, Ubertini Carrariensis Patavinorum ducis III. ex fratre Nicolao nepos, agrè ferens Marfilietum duci in principatu à Patro Ubertino prælatum, intempesta nocte thalamum Marfilietici ingressus, 41. die principatus illum interemit anno salutis 1345. die sexta Maji. Subindè evocati omnes Marfilietici amici, & in custodiam traditi, omnia quin etiam municipia Patavina sub signo Marfilietici novis custodiis munita. Anno quinto post à Gulielmo Jacobi Grandis primi ducis Carrariensis spurio, cui natales contumeliosè objecerat, à mensa evocatus, tanquam secreti quippiam auditoris, multis ictibus confosus est: sicarius verò à circumstantibus, eodem loci peremptus. Jacobi F. Franciscus senior à Galeacio Vicecomite captus, Modociæ in carcere miserè periit: Franciscus verò junior recepta urbe non multò post à Venetis cum filiis in carcere necatus: G natu minimus Marfilius post aliquot annos suffulsi, tello principatu securi caesus est. Ita sanguine partum imperium, 73. annorum terminum habuit. Bern. Scardaeonius lib. 3. class. 13. hist. Pat.

Franciscus Novellus Carrariensis princeps, Vicecomite Galeacio mortuo, Gulielmum Scalam Veneta nobilitate donatum, ac tum Venetis agentem, ad principatum recuperandum multis hortantibus pellexit: Veronæque jam recepta, hominem familiarissimum, consilio & armis antea adjectum, veneno sustulit: Antonium verò & Brunorum ejus filios prodicione captos, non multò post necandos curavit. Scalanis sublati, imperii signis cum suis media urbe prælati, Jacobum filium, vel fratrem, Veronam pro principe induxit. Nec tam opulente urbis principatu contentus, Vicentiam suis armis subigere adortus, illius fines ex primo infestare. Vicentini à Carrario nomine abhorrentes, omnia prius pati certi erant, quam invite tyrannidis jugum accipere. Ad Catharinam itaque Galeacii defuncti conjugem mittunt, auxilia rogantes. Vidua suadet illis, ut sese Venetis dedant. A quibus suscepti, extendæ Carrariensium tyrannidis fundamenta jecere. Sabell. in Decad.

Borcius Ferrariensium principatum, insigni Herculis fratris injuria, cui successio debebatur, occupaverat. Ejus autem ignominia delenda causa ferunt illum consilio à nuptiis abstulisse, ne charitate liberorum prohiberetur, quò minus libero judicio in principatu sibi restitutum atterit. Obijt anno Sal. 1466. Brutus lib. 5. hist. Flor.

Petrus Gambacurta Pisanorum dominus à Jacobo Apiano, omnium consiliorum suorum principe, quem ditaverat, & plus æquo exultaret, occupaverat. Apianus dominum, in vasti, anno Sal. 1395. Eo mortuo, Getaricus filius Pisis dominatus est. Qui insidiis à Florentino appetitus, retinendi urbem spe delusus, eam accepta pecunia vendidit Galeacio Vicecomiti, Plumbino oppido sibi retento. Blondus lib. 10. Dec. 2.

Mortuo ex febre Joanne Galeacio Vicecomite duce Mediolanensium, apud Mereganum, anno 1402. multi repetente tyrann-